Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et difficilis digestionis, mali nutrimenti, et
putrefactioni paratis. Unde unusquisque debet
conari cibis vesci bonis, et laudabilis nu-
trimenti, facilis digestionis, moderate quanti-
tatis, sup quos virtus valeat. ¶ Alius ca-
4tus canon non, quod nullus habens aliquam consuetam
euacuationem, eo tempore, presumat eam re-
stringere nisi sit immoderate fluens. Ymmo si
restricta est conetur reuocare, ut scabiosi
6tus canon arthetici, et similes. ¶ Alius canon est, quod
in omni pestilentia, precipue circa cor est atten-
dendum, et medendum cum cordialibus ab intra
et extra secundum necessitatem oppositionis cause.
7mus canon ¶ Alius canon, est, ut unusquisque utatur
rebus et medicinis habentibus proprietatem
resistendi venenis et preseruandi corpora a
pestilentia ut requirit oppositio cause. In
omni autem pestilentia debet eligi aer li-
ber et euentatus, ita quod etiam in pestilentia
a rabiositate caliditatis aeris expedit fu-
gare aerem subterranearum cauernarum
et speluncarum constrictum et immotum et ineuen-
tatum quamuis sit tempus estus prout narrat
Galienus. ¶ Athenienses autem ad talem ae-
rem confugientes propter immoderatum calorem
corpora eorum in tali aere putrefactionem
suffocatiuam incurrebant. Ac insup in omni
pestilentia conuenit aerem particularem
camere vel domus ut dixi, rectificare, cum